de benedicto p̄p̄a. xij. q̄ cōsuevit dicere **S**i mei nō fuerint dñati: tūc immaulatus ero **E**t loquebat̄ de sanguinibus quantū ad bona ecclesie. quorū nullū p̄mouit. **P**ostea secut⁹ clemēs sextus. **I**uuenes cōsanguineos fecit cardinales et p̄sules dicens cū ap̄lo ad ephes. v. **N**emo carnez suam odio habuit s̄ nutrit et fouet eā. qm̄ nouit dñs qui sunt eius. **A**lter r̄nt glosa decreti di. xij. sup̄ ca. q̄ escamus. dicens. **V**el tales petentes petunt ex debito videlicet. qz p̄dicatores vel p̄lati tales examinādi sūt. vtrū sint tales. qz nō debent p̄dicare nisi missi: et illis quodamō debet ex debito et dum officū subtrahit̄ videtur q̄ beneficiū merito subtrahatur. **A**lij aut̄ petunt ex corpis sustentatione **E**t talib⁹ omnibus est danda vt patet. xij. q. iij. c. qm̄. **E**t si nō potest omnibus satisfieri p̄us danda ē bono q̄ malo. **R**eligioso p̄t̄z q̄ nō religioso **P**ropinquo potius q̄ extraneo **F**ideli potius q̄ infideli **I**nfirmo et debili potius q̄ valido. **N**am talibus validis medicantibus deberet subtrahi elemosina et dari infirmis et debilib⁹ **N**am tales primo grauius peccant. quia sunt fures et latrones et p̄dones cecorum claudor̄ et infirmorum. **I**n quo deum et p̄ximū suum grauius offendunt **H**uius exemplum legitur q̄ fuit quidā mendic⁹ et sanus qui ocio semper vacabat. **D**ic̄ vero sepe monitus fuerat vt laborare deberet et cōmunitati deseruire: sed hoc omnino reclusit. **C**ontigit semel vt pro corpore et

accessit vnus sanctus homo qui vitā
in laboribus duxit honestis. hic acce-
pit frustum panis de sacco mendicā
et posuit sup pectus eius dem mendicā
torum. et statim cepit in somnis
miserabiliter se habere et laborare et
vlulare. Qui cum hoc vidisset. tulit
panem de pectore eius et cum exita-
uit dicens. Quid obfuit tibi in som-
pni s frater? Qui respondit. Videba-
tur mihi q̄ magnus mons cecidit su-
per corpus meum et depressit me. vsq̄
ad pfundū inferni. Cui sanctus il-
le homo respondit. Erras frater non
fuit mons. sed pua elemosina de sac-
co tuo. Ergo manibus tuis labora et
noli mendicitati insistere: et sic vitā
emendauit. Legimus in vita beati ele-
mentis q̄ beatus petrus vidit ma-
trem beati clemētis mendicantem et
eam acriter increpauit dicens. Pos-
tius deberes laborare et victum mani-
bus q̄rere q̄ medicare. Que se humi-
liter excusauit. nam manus ardas
habuit quod laborare nō potuit. Se-
cundo peccant isti validi medican-
tes cōtra seipos. Nam qui laborare
potest si se immiscet elemosine et nō
vult laborare nec cōmuni bono ser-
uire redigit seipm in seruitutē im-
peratoris quāuis sit natus de libero ve-
tre vt patet. Ede valis. medican. l. i.
et di. xxx. c. primo. vbi dicitur. His
paupibus danda est elemosina. q̄
suis manibus laborare non possunt.
Excipiuntur tamē ordines medican-
tium quāuis validi sunt. possūt tamē
de iure largiores elemosinas recipere
q̄ alij mendicā. Nam multe sunt cau-

se ad dandū elemosinas. Vna est p̄-
pter indigētiam. i. Ioh. iij. Si quis
habuerit substantiam huius mun-
di vident fratrem suū necesse habere
et clausent viscera sua ab eo etc.
Secūdo p̄t cultus dei reuerentiā. i.
paral. ultimo. Si quis voluntarie
volebat offerre ad edificationem tē-
pli implebat manum suam et offe-
rebat domino quod volebat. Tercio
p̄t debiti iusticiā. Iustum est em̄
temporalia cōferre illis a quibus spi-
ritualia recipiuntur. vt patz. i. ad co-
rinthios. i. Quarto p̄t vite inno-
centiam. Ecclesiasticū. xij. Da miseri-
cordi et ne suscipias hominem pecca-
torem. Bene fac humili. et ne des im-
pio. Quinto p̄tes recōpensationis
euidētiā. Quanto em̄ maior est e-
uidētia in illis qui recipiunt elemo-
sinam et faciunt aliquā recōpensā-
tionem in orationibus in cōsilijs et
alijs bonis spiritualibus. tanto ma-
gis est eis elemosina tribuenda. P̄-
sate ergo q̄ omnibus istis cōditiōni-
bus religiosi largiores elemosinas
possūt recipere q̄ alij cōmunitē me-
dicantes. Primo: quia sunt indigen-
tes: quia reliquerunt omnia p̄t
xp̄m vt alexius etc. Secūdo quia cul-
tui diuino sunt insistētes. Tercio eu-
angelium sunt annūciantes. ergo
est eis q̄si debitū. Quarto cōiter me-
lius sūt vtentes. Quinto magis recō-
pensāt. Dubitat vtrū sit beatus dare
q̄ accipere. Et videt q̄ nō: qz illud qd
induāt maxiaz hūilitatē hoc videt
beatius cū p̄ hoc abijciat superbia:
que est iniūm malorum. Sed hoc

C
est mendicare et accipere propter bellum
putant religiosi mendicantes faciunt. Er-
go est beatus accipere quam dare. Incon-
trarium est apostolus actuus. h. et extra de ce-
lebratione missae. c. cum martha. ubi dicitur quod
beatus est dare quam accipere. Rursum sim-
pliciter loquendo quod dare est beatus quam
accipere. si accipiat uniformiter in eis-
dem bonis. Unde sicut dare spiritualia bo-
na est beatus quam accipere: ita simpliciter
bona temporalia dare beatus est quam
accipere. Quia accipere de se semper in di-
gentiam et imperfectionem importat: dare
vero ad liberalitatem et misericordiam:
et sic concernit aliquam virtutem quam non fa-
cit accipere. Si tamen aliquis recipiat ab alio
temporalia ut expediat eis de se possit
reddere spiritualia: hoc est multo perfectius
quam dare temporalia. Quia ergo viri
ecclesiastici ad hoc acciperunt et cotidie
accipiunt a laicis temporalia ut eis li-
berius ministrare valeant spiritualia. Ita
sic accipere non est imperfectionis sed po-
tius perfectionis. primo quanto quis magis
redditis expeditior circa administrationem
spiritualium ex acceptione pau-
corum temporalium: tanto suum accipere magis
facit ad perfectionem cum ex hoc magis
redditis idoneus dare vel rependere
potiora. et quia status religiosorum me-
dicantium pauciora querit de temporalibus
ea scilicet quam solum ad quotidianum victum exi-
gunt dicentes cum apostolo. i. ad thimotheum. v. Ha-
bentes victum et vestitum his contenti sumus.
Ideo status eorum ex hoc signanter
censetur perfectior inter alios status
ecclesie: quia de vilioribus bonis minus
a fidelibus accipiunt et eis de bonis pos-

D
terioribus in vita et doctrina plura repe-
dunt. Velle ergo eos religiosos me-
dicantes propterea a statu perfectionis
excludere: quia recipiunt pauca temporalia
a fidelibus? tamen etiam deberet excludere
statum prelatorum et omnium clericorum a
perfectione: quia omnis eorum provisiio fas-
cultatum est accepta de pia elemosina
et munifica largitione principum seu ar-
chidiaconorum. Clerici etiam seculares co-
tidie victum accipiunt vel de decimis
aut de oblationibus fidelium. Quicumque
enim oculo romis voluerit advertere qua-
tum religiosi medicantes ecclesie pro-
fecerunt in vita exemplaria et doctrina
salutari: satis patet quod suum panem non co-
medunt otiose. et quod multo plus tam-
platis quam eorum subditis de spiritualibus
contulerunt quam receperunt a temporalibus
ab eis dem. Ideo quia omnes prelati et
clerici qui non querunt que sua sunt
sed intendunt honorem dei et suorum
subditorum salutem. tales religiosos me-
rito favorabiliter amplectuntur. nec
reputant sibi a talibus provenire dis-
pendium: sed magis gaudent sibi pro-
venisse ex eorum fidei cooperatione sui
laboris solacium. Et ex hoc patere po-
test. quia irrationabiliter moti sunt quod
ex cotidiana mendacitate propter ver-
bum istud. Beatus est dare quam acci-
pere. ipsos a perfectionis statu exclu-
dere mitebantur. Vel sanum est enim dice-
re quod aliquem de statu perfectionis dei
deiciat recipere parvam elemosinam
que solum ad victum quotidianum suf-
ficiat. unde sic recipiens liberior et ex-
peditor redditis ad bona spiritualia

rependenda. et non deiciatur a statu perfectionis recipere magnas possessiones. terras et castra. que tamen pijs mentes prelatorum modernis temporibus distrahunt. quod vix sue salutis proprie intendere possunt minus terrenarum occupationibus implicari. Ideo simpliciter est dicendum quod in religiosis mendicantibus non est imperfectionis recipere cotidianas elemosinas. sed magis est in eis instrumentum et occasio perfectionis. quod patet triplici ratione. Prima sumitur ex eorum statu. Nam religiosi mendicantes sunt ab ecclesia instituti ad actus contemplationis vel ad opera vite active. que ex plenitudine contemplationis procedunt. Sed tales actus sunt perfectissimi. Ergo ex eorum statu apparet quod recipere propter deum non est in eis imperfectionis. Secunda ratio sumitur ex ipso actu receptionis elemosine quem profitentur. Quod apparet ex tribus. Primo ex hoc quod pauca de temporalibus accipiunt reddunt expeditiores ad rependendum fidelibus bona plurimum potiora cum ex hoc contingat eos minus circa temporalium sollicitudinem occupari. Secundo. quia ex tali cotidiano rubore mendicitatis curatur in eis radix superbie et infunditur omnium virtutum custos humilitas. ut dicitur de penitentia distinctione secunda. ca. Si quidem oportet homini neminem per contraria adversa curari. sic multi beatores apparuerunt accipiendo quam dando ut alexius qui omnibus suis propter crucium dimissis gaudere etiam se a

seruis suis elemosinam accepisse. Etiam de beato arsenio legitur in vitalium patrum quod deo egit gratias de hoc quod necessitate cogente oportuit elemosinas petere. Tercia ratio similiter ex modo recipiendi. Nam predicti religiosi si non accipiunt ab his quibus predicant tanquam pure et liberaliter datum vel quasi omnino alienum. sed quasi quodammodo eis debetur. et si non debito stricti iuris. saltem debito caritatis vel forte debito naturalis equitatis. Quod patet ex tribus. Primo ex eo quod predicant ex auctoritate ecclesie et prelatorum. Iam possunt dicere his quibus predicant. Si nos vobis spiritualia seminamus non est magnum si vestra temporalia metamus. primo ad corinthios nono. Et ideo si fideles eis non sufficienter necessaria ministrarent qui ad hoc ut dictum est quodammodo ex debito obligantur. prelati ordinarii quorum cooperatores existunt ad hoc ex iuris debito tenentur. Quod probatur de officio iudicis ordinis capituli. Inter cetera que ad salutem spectant populi christiani pabulum verbi dei valde premaxie noscitur sibi necessarium. quod sicut corpus materiali carnis. Istam rationem innuit evidenter augustinus in libro de opere monachorum. Si euangeliste inquit sunt. fateor. plane habent potestatem vivendi de sumptibus subdito rum. Ideo singularis perfectionis fuit in paulo quod iusto iure uti noluit. Sed de labore manuum vixit. Secundo patet. quia ex hoc debet eis accipere quod ministri altaris sunt

altaris fuit. **V**nde i. ad corinth. ix.
Qui altari deseruiunt: cum altari partem
panis. Ita et dominus ordinavit hijs qui
annuntiant euangelium: de euangelio uiuere.
Ista ratione similiter inuuit augustinus in
libro predicto dicens. Si ministri al-
taris sunt ut dispensatores sacramen-
torum. fateor plane quod habent potestatem vi-
uendi de sumptibus fidelium. quod sibi istam
non arrogat sed plane vendicat partem.
Et hoc ideo. ut magnum dicunt do-
ctores. quod sacramentum altaris ubi
quod agatur commune est populo fidelium.
Tercio. quod insistunt studio sacre scri-
pture ad commune utilitatem totius ec-
clesie. Vnde dicit Ieremias. et uigilantium
Hec consuetudo in iudea uel quod hodie per-
seuerat ut quod in lege domini meditantur die
ac nocte et partem non habent in terra nisi
solum deum totius orbis alimoniam foue-
ant. Vnde hec consuetudo non solum fuit
in iudea: sed etiam fuit in egipto et in
grecia ubi gens sacerdotum que ad in-
uestigandum scientias speculatiuas.
primo vacare dimissa est. de publi-
co alimoniam recipiebant ut patet primo
methaphisicorum. et geneseos. xlvij. et patet ex
de emu. ecclesie. c. non minus. Sic ergo
patet quod tam prelati quam clerici et etiam
religiosi est beatus hoc modo recipere
quam lapis erogare. Tercio uidentium
est de temporalium rerum proprietate. De
quibus est elemosina facienda. Quia de
illicitis acquisitis non debet fieri elemo-
sina. Quod probat decretum. xiiij. q. iij. c.
quod dicitur. Probans per illud. quod quod offert
elemosinam de rapina pauperum. uicti-
mat filium in conspectu patris ut dicit per

pheta. Et per illud per uerbum. iij. Honora
dominum de tuis iustis laboribus. Et deut.
xiiij. Non accipies mercedem prestibilibus.
quod illi acquisite non sunt de bonis
nostris. ut patet i. c. quod dicitur. ubi dicitur.
Hic dicitur aliquid si in acquisitione talium
non transferent dominium: tunc non debet de ta-
libus elemosina fieri. sicut de usuris
patet ex causa debitoris. et de simonia
ca. ueniens. Sed si transferent dominium
tunc de talibus potest fieri elemosina sicut
de meretricio. quoniam illud non potest repeti.
Recitat martinus in cronica sua quod ar-
ca annu domini. Mvii. Benedictus pa-
pa octauus fuit uisus a quodam episcopo in
equo nigro post mortem eius: dicens ei
Nonne tu es benedictus papa: quem iam
defunctum nouimus? Ego sum ille in-
quit infelix benedictus. Et quomodo
inquit tibi est pater. Grauius inquit
torqueor: sed de dei misericordia non
despero si mihi adiutorium prebeat.
Vade inquit ad successorem meum
Iohannem papam et dic ei ut in tali
techa summam pecunie accipiens pau-
peribus distribuat: quia quicquid
antea pro me datum fuit pauperibus.
mihi profuit: quia de rapinis fuit. Quod episcopus fideliter
expleuit et episcopatum cedens
monasterium intrauit. Quarto est
dicendum de elemosinarum utilitate.
Prima utilitas est: quia resistit
peccatis. Ecclesiasticus. iij. Ignem ar-
dentem extinguit aqua et elemosina
resistit peccatis. Secundo deum pla-
cat. Prouerbio. xxi. Munus absconditum
extinguit iras et donum in sinu

indignationem maximam **T**ercio bona temporalia multiplicat **Luce vi. Da te et dabis vobis Prouerbiorum. xij. Alij diuidunt propria et diuiores sunt Alij rapiunt non sua et semper in egestate sunt Cuius exemplum patet. iij. R. xvij. de vidua que beliam pavit et farina et oleum ei non defecerunt. Quarto que petit a deo illa impetrat. ecclesiasticum. xix. Conclude elemosinam in sinu pauperis et hec orabit pro te Item psalmus. lviij. Fratrage esurienti panem tuum et tunc iuocabis et dominus exaudiet te quia misericors est dominus deus tuus Quinto ab omnibus benedicti facit ut patet Prouerbiorum. xxij. qui pius est ad misericordiam benedictus Sexto morienti societate facit Vnde ambrosius non sunt bona hominis que secum ferre non potest: sola misericordia comes est defunctorum Septimo animas in infernum intrare non permittit Ideo dicit thobias. xij. Non permittit animas ire in tenebras. Octavo vitam eternam meretur. Mathei. xxv. Venite benedicti patris mei percipite regnum. et de quibus ibidem Esurui et dedistis mihi manducare Sitiui et dedistis mihi bibere et Sed non dantibus fuerunt omnia iam dicta in contrarium Nam peccatis non resistunt deum non placant. Ideo dicit. xvi. q. i. ca. Reuertimini quia plerumque ex dei ira inuidia fame et penuria punitur. quoniam pauperibus elemosina subtrahitur. Item in bonis temporalibus depauperant. Cuius exemplum potest cesarius di. iij. de quodam admirati monasterium ditissimum fuisse depauperatum. Runt quidam frater illi dicens quod in monasterio illo fuerunt duo fra-**

tres. Et vnus vocabatur date et alius vocabatur dabis vobis. Sed cum illi fratre que date vocabatur expulistis de monasterio. tunc alius scilicet dabis noluit manere vobiscum. Item que petit a deo minime impetrat. Item ab omnibus maledictus erit. Insuper ad eternam damnationem vadit: ut patet Mathei. xxv. Ite maledicti in ignem eternum. Sequitur. Esurui et non dedistis mihi manducare. Nota exemplum in. ij. li. dial. et de diuite epulone ut patet luce. xvi.

Tercio peccant contra illud preceptum. Non concupisces rem proximi tui. scilicet auare eam contra iustitiam retinendo. qua tenent proximo restituere ut sunt fures. raptores. usurarii. simoniaci. et taxillatores. et falsi mercatores. Ad hoc mouentur primo ex lege naturali. Mathei. vij. Vbi dicitur. Que vultis ut faciant vobis homines et vos eadem facite. Sed qui libet vellet sibi restituere rem suam diu detentam. Ergo tu teneris idem facere. Item thobias. iij. Que tibi odis ab alio fieri: tu ipse alteri ne feceris. Quilibet odit rem suam ab alio tenere contra suam voluntatem. Secundo ad hoc mouetur ex lege moysaica ut patet exodi. xxij. vbi dicitur. Si quis furatus fuerit unum bouem: quinque boues restituet pro vno: si ouem. quatuor oues restituet. Super quo dicit nicolaus de lyra. Quare quinque boues pro vno tenebatur fur restituere et quatuor oues pro vna oue restituet Respondit dicens quod aliqua peccata

puniuntur grauius nō solū propter
 maiorem peccati grauitatem: sed p
 pter promptam reprimendā: ne ho
 mines ad talia se nimis laxent Res
 autem que in domo custodiuntur vt
 aurum et argentum. non ita de facili
 possunt furto subtrahi: sicut oues q̄
 pascantur in campis: quia accipie
 di facilitas rem alienam inducit ad
 cōmissionem furta Ideo p furto ouis
 inducuntur quatuor restituende: qz
 facilius furto subtrahuntur q̄ alie
 res que custodiunt in domo Et quin
 qz boues p vno: quia adhuc difficil
 ius custodiuntur: quia non ita gre
 gatim et simul se tenent in pastu si
 cut oues. **Hec nicolaus de lyra** Ter
 cio adhuc mouentur ex lege euāges
 lica. vt patet **Luce. xix.** de zacheo qui
 dixit ad dominum. **Ecce dimidium**
honorum meorum domine do paupi
bus: et si quem defraudauit: redde q̄
druplum. Ait hiesus ad euz **Quia**
hodie salus huic domui facta est eo
q̄ et ipse filius sit abrahe. Et ppter
 hoc zacheus domino placuit: qz ma
 la acquisita restituere pposuit. Ideo
 in domo sua esse voluit dicens ei **Hodie**
in domo tua oportet me manere
Et ergo in domo illorum vbi sunt
mala acquisita dominus non manebit:
sed diabolus Quarto ad hoc mo
uentur ex lege canonica. vt patet de
cinā quarta questione sexta. Si res
 aliena propter quam peccatum est
 reddi possit et non redditur: peniten
 tia non agitur sed simulatur Si au
 tē veraciter agis nō remittitur p̄m

nisi ablatum restituatur **Hec augu**
stinus in epistola ad macedonium.
Item dicitur extra de regulis iuris
libro sexto hoc idem Quinto mouen
tur ad hoc per leges seculares. de q̄
bus dicitur. xij. q. ij. c. cum deuotissi
ma. vbi dicit gregorius. In lege vul
gari scz lumbar da sic scribitur. Si
quis manu armata vsqz ab quatuor
hominibus in vicum alterius ad male
faciendum venerit Ille qui prior est
pro illicita presumptione cōponat so
lidos nōgentos: sequaces eius vnus
quisqz solidos octoginta. Si vero ini
ciendum fecerit. in triplum cōponat
Si vero prebiam: in quadruplum re
stituatur. Et infra. c. In legibus secu
li tantum habetur qui rem furripit
alienaz. illi cui res direpta est in vn
decuplum que sublata sunt sibi resti
tuantur. Et infra. Si quis oblatio
nes ecclesiasticas et quod deo conse
cratum est rapuerit vel cōsenserit fac
ientibus: vt sacrilegus iudicetur et
damnum in quadruplum restituatur
Hec ibi. Et sic patet q̄ restitutio in
omni lege precipitur. Pro vltiori
deklaratione ponam hic quatuor cō
clusiones. Prima cōclusio. qui rem a
lienam retinet inuito domino absqz
propósito restitutōis est semper in
peccato mortali. tendens ad statum
eterne damnationis Probatu
Qui tūqz est iniustus: est in peccato mor
tali: et per cōsequens tendit ad eter
nam damnationem. Sed habens
rez alienā sine proposito restituēdi: est
iniustus. ergo maior ē vera. Vno: p̄z

quā talis nō res dicit viciū qz quod suum est. Quia iusticia est perpetua et cōstans voluntas reddens viciū qz quod suum est. vt dicitur de institutis de iusticia et iure. l. i. Dicit ergo iusticia est preclariss^{ma} virtutū vt dicitur. v. ethicoz. Ita ecōtrario iniusticia est pessimum viciū. De cūdo pbatur. Quicumqz peccat contra illud preceptum dñi. Non fur^{tu} faciēs. ille est in peccato mortali: sed habens rem alienam inuito dōmīno cōmittit furtum. Quod patet p diffinitionē furti q̄ est cōtractatio rei aliene inuito dño mobilisq̄ lucri causa. vt ptz. ff. de furtis. l. i. Ergo ē fur. et p cōsequens peccat mortaliter. Ideo dicit thobie. v. Videte. ne furtuū sit. et reddite eum dñis suis. qz nō licz nobis cōmedere de furto aut cōtingere. Requirit pmo correlarie q̄ fures qui furant aliena et nō habēt ppositum restituendi: sunt in peccato mortali. qz furtū peccatū mortale est: nō solum in magnis sed etiā in pnis. vt ptz p Jeronimū. xiiij. q. vi. c. Furtū aut nō solum in maioribz sed etiā in minoribus iudicat. Non em̄ qd̄ furto ablatū est: sed mēs furantis attendit. Exemplum pōit ibi de fornicatione. siue mulier fuerit feda siue pulchra semp est fornicatio. Videant ergo illi qui furant poma vel pira vel caules de ortis pximi: q̄ sibi de hoc faciāt cōscientiā. vt scūs aug⁹ fecit. vt ptz in li. cōfessionum. Est ergo semp peccatū mortale nisi in tribus casibus. Primo qñ iuben

te deo hoc faceret sicut filij israhel nō peccauerūt qñ spoliauerūt egiptios in vasis aureis et argenteis. vt patet exodi. Secūdo qñ fit in extrema necessitate sicut apostoli nō peccauerunt euellentes spicas vt ptz math⁹. xij. qz in extrema necessitate omnia sunt cōmunia vt patet. xlvij. di. c. sicut h^{ij}. Tercio qñ fit ex cautela vt si quis furioso furaret gladiuz ne sibi et alijs noceret: sed furia cessante tenetur restituere. Secūdi sunt raptores qui grauius peccant q̄ fures. vt patet. xiiij. q. v. c. penale. vbi dicit. Penale ē occulte auferre multo maioris pene est visibiliter rapere: quia ibi est maior violentia. Tales si nō habent ppositum restituēdi semp sunt in peccato mortali. et hoc est verum si spoliauerūt in bello iniusto. Sed casu posito q̄ nihil habeat nisi de rapina vel furto. et si restituat cōpellitur medicare et vxor et filij morientur fame. Respondit alafidore⁹ in summa li. iij. dicens. Si ille qui tenetur restituere nō habeat alia bona q̄ de rapina: facilliter potest induci ille cui debet ad dandam dilationem aut remissionem. Tercij sunt rerum inuentores. de q̄bus quarta quēstione quinta. Si quid inuenisti et si non restituisti rapuisti. quantum potuisti fecisti. Requiritur. Qui alienum retinet: si posset etiā tolleret. Deus em̄ cor interrogat: nō manuz. Ibi dem sequitur. in capitulo. Multi sine peccato putant esse si alienum retinent quod inuenierunt. Dicunt em̄

deus mihi dedit: cui habeo reddere.
 Discat ergo hoc peccatum esse simile
 rapine si quis inuenta non reddat.
Si autem eo animo accepisti ut domi-
 no restituas: non committis furtum.
Hoc tamen in libello debes protestari-
 ut patet. ff. de furtis. l. falsus. §. q.
 alienum. **S**icut quidam fecit de quo
 augustinus in sermone ad heremi-
 tas dicit. et de q. habem? s. i. p. cepto.
No furtum facies. sermone. iij. **Q**uarti
 sunt usurarii q. semp sunt in peccato
 mortali nisi restituat. q. sunt peiores
 q. iudas qui tamen restituit xxx. ar-
 genteos. **E**t illos punit ecclesia qua
 dupli. pena. **P**rimo excommunicatione
 que est parua pena. ut patet. xi.
 q. iij. c. **O**mnis christianus qui a sa-
 cerdotibus excommunicatur: satbane
 traditur. **S**ecunda pena est comuni-
 onis priuatio. **T**ercia est oblatio-
 nis exclusio et sepulture priuatio. quia
 non debent in cimiterio sepeliri. ut
 extra de usuris. c. quia in omnibus.
Etiam non debent absolui nisi satis-
 fecerint vel cautionem faciant de re-
 stitutione. ut patet in. c. q. q. li. vi.
Quinti sunt sacrilegi qui sunt spoli-
 atores ecclesiarum. **D**e quo. xvij. q.
 iij. c. **S**acrilegiu est quotiens q. s.
 aufert sacrum de sacro. **C**uius pena
 patuit danielis. v. **E**t de illa mate-
 ria satis dictum est in septimo pre-
 cepto. **S**exti sunt falsi mercatores
 falsificantes sua mercata et vendentes
 malu pro bono. **C**ontra quos dicitur
Isaie primo. **A**rgentum tuum versum
 est in scoriam: et vinum tuum

mixtum est aqua. et qui falsificant
 pondera et mensuras. **C**ontra quos di-
 citur deuteronomij. xxv. **N**on sit in do-
 mo tua pondus maius et minus. ne-
 q. maior et minor modius. ut logo-
 tempore viuas. **C**ontra illos etiam scri-
 bitur extra de empf. et vend. c. ut me-
 sura. **V**bi dicitur **S**i quis iustas me-
 suras et iusta pondera lucri ca. muta. p.
 fumpserit. xxx. dies in pane et aqua
 peniteat. **E**t tales omnes tenentur
 ad restitutionem ne contingatis sicut
 quodam apotecario de quo vide in
 septimo precepto de empf. et vend.
Septimi sunt taxillatores. **E**t de il-
 lis loquitur lex. ff. de aleat. l. vltima
Et est constitutio greca que dicit q.
 vsq. ad. l. annos possit repeti quod
 ibi perditur. **E**t hanc partem tenet
 glosa extra de vita et honestate cleri-
 corum. capitulo. **C**lerici officia et co-
 merca seclaria no exercent. et ma-
 xime inhonestas. minis. ioculatori-
 bus et histriombus non intendunt.
 et tabernas profus etc. **H**ic dicunt
 gaudredus et alij q. talis pecunia no
 debet reddi perdena: sed distribui in-
 ter pauperes. **E**t hoc videtur habere
 ex canone. decima quarta questio-
 ne quinta. capitulo non sane. **E**t est
 dictum augustinij q. illud quod da-
 tur iudici pro iudicando: licet iniuste
 detur. tamen a dante no debet repeti
 sed in usus pauperum distribui. **C**ausa
 datur: quia turpitudine est utrobi-
 q. vidiosa. **E**rgo in penam dantis no
 redditur sibi. **A**r. ad hoc. ff. de codi.
 ob turp. cau. **S**imile dicunt de ludo

taxillorum. Illam opinionem tenet
 comuniter omnes theologi et curia
 romana in foro contentioso. Si autē
 ludit cum illo qui nō habet potesta-
 tem rem alienādi. vt sunt monachi
 filii familias. tenet restituere tuto-
 ribus suis aut monasterio. Si autē
 clericus pdidit: restituendus est illi
 ecclesie in qua beneficiatus est. Iste
 autē ludus est vniuersaliter p^ohibi-
 tus. vt patet. xxxv. di. ca. episcopis
 Vbi dicit. q^o episcopus. presbiter.
 aut dyaconus. alea aut ebrietati des-
 seruiens: aut desinat aut damnetur.
 Sed subdiaconus aut acolitus. le-
 ator aut laycus excomunicentur. Hoc
 ibi. Non solum ludentes sed etiā as-
 sedentes puniendi sunt. Idem. extra
 de vita et honestate clericorū. ca. offi-
 cia clericū. vbi dicit. Clerici ad aleas
 et taxillos nō ludant. neq^o huius mo-
 di ludis intersint. In religione nos-
 tra est pena carceris. Octauū sunt q^o
 retinent premissū deseruitū quod est
 peccatum in celum. Iacob. v. Ido-
 thobias docuit filiū suū dicens. Si
 q^o tibi aliqd opat^o fuerit. statim red-
 de ei mercedē. Et merces mercenarij
 tui nō manebit apud te vsq^o mane. Itē
 leuitici. xix. Non moretur opus mer-
 cenarij tui apud te vsq^o mane. Ideo
 narrat Celsus q^o conuersus quidaz
 ordinis cisterciens. missus est ab ab-
 bate suo. Qui cum deberet transire
 quandā aquam et nō haberet nauilū
 p^omisit naute obulum transmittere.
 Qui cum postea mortuus esset et nō
 misisset obulū nec confessus fuisset il-

lam negligentia. quia vilipendebat.
 eo q^o parum esset. Post obulum pre-
 dictum ante oculos habebat. q^o tan-
 tum creuit q^o maior mūdo videbat.
 Et cum nihil aliud obfisteret. ab in-
 gressu celi eum impediens ad beate
 virginis petitionem et omniū sancto-
 rum anima reuertitur ad corpus. et
 confessus est abbati. Obulum restituit
 et sic moritur et saluatus est. Si il-
 le non poterat habere introitum celi
 p^opter obulum vnum: quid tunc de il-
 lis fiet qui nō obulum tm obligant
 seruis et ancillis: sed sex aut octo flo-
 renos aut vltra. Romi sunt. qui con-
 trahunt a pximo. que tamē minime
 intendunt persoluere. et tales tenen-
 tur ad restitutionem si volunt salua-
 ri. Decimū sunt mechanicū et artifi-
 ces qui fraudulenter laborant. vel q^o
 minimum pro salario recipiunt. et fa-
 ciunt illud in tribus diebus quod in
 vno aut in duob^o perficere possunt
 quod est cōtra legem nature scilicet
 Que tibi odis ab alio fieri vide alte-
 ri ne feceris. Tobie quarto. Corres-
 larum primum. Quidū homo est
 retentor rerū alienarū: non est p^oti-
 ceptor bonorum ecclesie et indulgens-
 tiarum. Hoc patet ex cōclusionē pre-
 cedente: quia est in peccato mortali.
 Quia committit furtum. quod est pec-
 catum mortale vt patet per diffinitio-
 nem furti superius positam. que est
 cōtractatio rei aliene mobilis. frau-
 dulenta inuito domino etc. vt patet
 ff. de furtis. l. i. Ergo non potest es-
 se particeps illorum bonorū ecclesie

de quo propheta dicit. Participem me
 fac deus omnium timentium te. **O** quot
 missas quot orones bonorum-icium-
 miorum-vigiliarum castigationum
 et aliorum bonorum que fiunt in tota
 ecclesia dei negligunt isti pessimi re-
 tentores rerum alienarum. **V**ic nec
 possunt esse participes indulgentiarum
 quia ille dantur confessis et contritis. **S**ed
 isti non sunt contriti- quia non intendunt
 reddere male acquisita- quod requiritur
 ad veram contritionem. **C**orrela-
 rum secundum. **M**oriens in tali stas-
 tu non solum eterna vita est perdat sed
 ad penas infernales est perpetue damnatus.
Probatur per illud ierem. xvi. quod mortu-
 us est dives et sepultus in inferno.
Elevans autem oculos suos cum esset in
 tomantis. vidit abraham a longe et
 lazarus in sinu eius: et ipse clamans
 dixit. **P**ater abraham miserere mei
 et mitte lazarus ut intingat extre-
 mum digiti sui in aquam ut refrige-
 ret linguam meam: quia crucior in
 hac flamma. **E**t respondit illi abraham.
Fili recordare- quia recepisti bona et
 quia dives cum multis bonis iniu-
 stis abhinc recessit. **I**deo damnatus
 est. **I**nsuper qui moritur in peccato
 mortali est eternaliter damnatus.
Sed tales semper sunt in peccato morta-
 li si non habent propositum restituendi.
Audiant illi indurati quid legit in
 legenda sancti laurentij. **Q**uidam iu-
 dex stephanus nomine rome erat qui
 munera libenter accipiens multorum
 iudicia pervertebat. **V**ic tres tomos
 ecclesie sancti laurentij et unum or-

tum sancte agnens violenter abstu-
 lerat: et ablata iniuste possidebat. **A**c-
 cidit autem ut moreretur et ante dei iu-
 dicium duceretur. **Q**uem sanctus lau-
 rentius cernens ad eum cum nimia
 indignatione accessit. et tribus vicibus
 brachium eius strinxit durissime
 et nimio dolore cruciavit. **P**acta
 vero agnes cum alijs virginibus in e-
 um respicere noluit. **T**unc iudex super
 eum sententiam ferens dixit. **Q**uoniam
 aliena subtraxit: et munera ac-
 cipiens veritatem vendidit: in locum
Iude traditoris tradatur. **P**acta
 vero preiectus episcopus quem iudeus
 stephanus in vita sua dilexerat ad
 beatum laurentium et sanctam agnes-
 tam accedens pro eo veniam precaba-
 tur. **I**llis vero et beata virgine pro
 eo orantibus concessum est ut eius a-
 nima ad corpus rediret. et ibidem tri-
 ginta dies penitentiam ageret. **A**c-
 cepit insuper a beata virgine in ma-
 dato ut psalmum **B**ati immacula-
 ti in via- singulis diebus vite sue di-
 ceret. **C**umque ad corpus redisset- bra-
 chium eius ita erat lividum et adu-
 stum- ac si esset in corpore passus. **Q**uod
 signum in eo extitit quod diu vixit. **M**ala
 ergo ablata restituens et penitentiam a-
 gens- die tricesimo migravit ad to-
 minum. **A**liud exemplum et horribi-
 le huius rei ponit cesarius distinctio-
 ne prima- capitulo tricesimo quarto
 de lodowico lantgravo bassie. **N**os-
 ta ibidem. **E**t non solum ille se damnavit
 sed etiam omnes eorum heredes possidentes
 hereditatem illam malam. **S**ecunda

conclusio. Restitutio rerum iniustarum non est diu differenda. sed quāto citius homo poterit. est in effectu exequenda. Hanc conclusionē sanctus thomas secūda secūde questione sexagesimasecūda. ar. viij. probat dicens q̄ tenent statim restituere. Sic enim accipere rem alienam est peccatum et cōtra iusticiam: ita etiam detinere eam. quia ex hoc q̄ aliquis retinet rem alienam iniusto domino: impedit eum ab usu rei sue et sic facit ei iniuriam. Manifestum est autem q̄ neq̄ per modicum tempus licet in peccato morari: sed quilibet tenetur peccatuz statim deserere s̄m illud ecclesiasticū. xxi. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Ideo quilibet tenetur statim restituere vel petere dilationem a domino rei. Dicit thomas q̄ eadem est ratio mercedis et rei iniuste detente. Sed de mercede mercenarij dicitur leuitici. xix. Non moretur opus mercenarij apud te vsq̄ mane. Sed dices. Non habeo. Illa bona sunt mihi ablata. aut cōsumpsi: quomodo restituere possum? Respondit augustinus. et ponit decima quarta questione sexta. capitulo. si res. Plerumq̄ em̄ inquit qui aufert aliquādo amittit ea. siue malos patientes: siue ipse male viuendo nec aliud habet unde restituat. Huic certe nō possumus dicere. Redde quod abstulisti. Ideo dicit extra de restit. spoliator. ca. olim. Non debent cōpelli ad restitutionem qui nō habent unde restituant donec ad pinguiorē p

ueniant fortunā. quia inanis est actio quam inopia debitoris excludit. Nec ibi. Sed si persona est ei nota: tunc petat dilationem vel remissionem. si saluo honore fieri potest. Dolet tamē q̄ non potest restituere. et proponat restituere q̄ cito poterit. Sed per enim debet facere suum posse vsq̄ ad mendicitatem. Correlariū primum. Grauius et periculose videntur errare qui volunt rem alienam vsq̄ ad mortem preseruare. Patet p̄mo propter incertitudinem mortis et loquele. quia incertum est vtrum possumus habere usum lingue ad disponendam restitutionem. tunc etiam propter infelicitatem heredum et hominum quibus restitutio aliquādo committitur. quam minime perficiunt. Ideo dicitur Jeremie. xvij. Maledictus homo qui confidit in homine. Correlarium secundum. Non omnibus in differenter res aliena est restituenda: sed domino rei et suis heredibus est principaliter reddenda. vt patet thobie secūdo capitulo. Vbi dicitur. Factum est autem vt mulier hedum captarum accipiens retulisset domini cuius cum vocem balantis vir eius scz thobias audisset dixit. Videte ne forte furtiuus sit: sed reddite eum dominis suis: quia non licet nobis edere de furto aliquid aut cōtingere. Ex hoc patet q̄ restitutio rei aliene est domino rei facienda: non alijs indifferenter. quia dixit Reddite eum dominis suis. Idem patet tercia questione prima. reintegranda sunt omnia

spoliatis. fere per totam questione
 et de restitu. spo. per totum **F**allit ta
 men hoc cum is qui dedit pecuniam
 comisit turpitudinē in dando vt pa
 tet in simonia **E**t si dominus haberi
 non potest. aut quia mortuus est fa
 cienda est restitutio suis heredibus
 et hoc est verum nisi aliter ordinatū
 sit in testamento. **S**i em ordinasset
 q bona sua deberent distribui in pi
 as causas: tunc nō heredibus sed ex
 eutoribus faciēda est restitutio **S**i
 aut ignorat dñs rei. vel nō inuenia
 tur: tunc cum cōsilio et auctoritate ec
 clesie sue prochialis distribuatur in
 pias causas et maxime i elemosinā
 pauperis vel in redemptionē captiuo
 rum. et hoc in illa villa vbi fecit dā
 num. **E**t si villa nescitur saltem in il
 la diocesi vbi facta est rapina. **T**er
 cia cōclusio. **N**ō solū fures et raptors
 res principales obligant ad restit
 tionē: sed etiā picipātes et coope
 rantes ad rei aliene ablationē. **P**tz
 p **I**saiam pphetam dicentē. **P**rin
 ces tui infideles: socij furū. **I**sai. i.
Item ps. **S**i videbas furem curre
 bas cū eo. **I**de ptz ad rō. i. **N**ō solū
 q faciūt s q cōsentiūt faciētibus: digni
 sūt morte **E**t. lxxxvi. di. c. faciētis. **E**t
 sūt nouē q picipāt in tali crimine et
 tenēt ad restitutionē qlibz in solidū
 et stānēt in his metris. **I**ussio cōsi
 liū cōsensu palpo recursus. **P**artici
 pās mutus cō. **E**t de his dictū est i se
 ptimo pcepto sermone. iij.

Expliat pceptū notum.
Incipit pceptū decimū

Decimum pceptū
 et vltimū est **N**on
 cōcupisces vxorem
 pximi tui. **I**n quo
 pibetur omnis
 cōcupiscentia car
 nis sicut i nono pcepto pibetur
 cōcupiscentia oculorum. **I**deo autem
 dantur duo pcepta pibentia hāc
 duplicem cōcupiscentiam eo q ad
 has natura corrupta maxime incli
 natur. **N**am ad cōcupiscentiā oculoz
 inclinatur per cōseruationem sui in
 esse indiuidui: sed ad cōcupiscentiā
 carnis ppter sui cōseruationem in es
 se speciei. **P**eccant ergo primo cōtra
 hoc pceptū omnes qui habent vol
 untatem violādi thoz pximi sui. **V**
 bi cōsiderandū est q si dominus soluz
 volūtate huius peccati pibet. quā
 to ergo rigore sue iusticie volūtate
 suā facto implētes puniet. et illos
 potissime qui pulchras. castas. et p
 bas vxores habentes aias suas di
 uina ymagine insignitas: sordidis
 cōcupiscentijs aliaz maculāt femina
 rū. **A**d hanc vitandam monemur ex
 quatuor. **P**rimo ppter sanctorū pa
 trum ymitationem. **D**escribit em ge
 nes. xxx. q cū vxor putipharis pna
 pis exerātus pharaonis videret **J**o
 seph pulchrū facie et decori aspectū
 et diceret sibi. **D**ormi mecum: ille ab
 horruit dicens. **D**ominus meus mis
 bi omnia tradidit et nihil est quod
 nō est in potestate mea preter te: qz
 vxor eius es: quomodo ergo hoc ma
 lum facere possum? **T**hobie vero. iij.